



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**SELECTA=||RVM DECLAMATIONVM || Philippi Melanthonis,
quas con=||scripsit, & partim ipse in schola
Vui=||tebergensi recitavit, partim alijs recitandas
exhibuit.|| TOMVS ... ||**

Melanchthon, Philipp

1559

VD16 M 3567

[De Stvdio Artivm Dicendi Declamatio Phil. Mel.]

urn:nbn:de:hbz:466:1-34734

dicam *διὰ γὰρ φερ*. Planeq; accidit, ut cum
 phora, iuxta Poëtam, institui cœpisset, curru
 rota urceus exierit. Verùm quidquid hoc est
 ris, tibi, mi Simon, propter incredibilem amorem
 tuum erga meliores disciplinas, dedicare usq;
 est, ut uel tuo exemplo nonnullos ad literarum
 studium inuitem. Vale. Vitemberga.

Horatius.

DE STUDIO ARTIVM DI-
 cendi Declamatio Phil. Mel.



Vemadmodum Hestodo
 let, nescire mortales, quan-
 tum & Malua & Albi
 adferre commodi rebus
 manis queant, tamen si
 herbæ, ita nos quoq;
 uunc primùm querimus

ignorare adolescentes, quantum momenti habe-
 ant ad solidam eruditionem parandam dicenti-
 tes, quæ in speciem nihil profitentur eiusmodi,
 cui uulgus adplaudat, cæterum utilitate facile
 humanas omnes uicerint. Neq; enim usquam
 quidquam est in tota rerum uniuersitate, uel
 ad mortales ampliora commoda, quàm ex hoc
 tium genere redeant. Sed cum earum precium
 iuuentus ignoret, fit, ut plerisque sordent
 minimi

Q
 à simili.

minimeq; dignæ iudicentur, quibus discendis ope-
ram nauent. Præclarum est Philosophum dici:
magnificum Iuris consultum audire: Theologi-
co nomine, nihil hoc tempore ad uulgus plausibi-
lius est, dicendi artium, tanquam Megarensi-
um, nulla ratio habetur. Propterea uisum est hoc
loco ostendere, quæ res maximè nobis earum stu-
dium commendare debeant. Atq; hic mihi uel Pe-
riculam uim optarim, dum stultam iuuentutem in-
uiam reuocare contendo, quæ elegantiores lite-
raturam partim errore contemnit, quod ad reli-
quas disciplinas comparandas inutilem esse cen-
set, partim inertia fugit. Est enim & literarum,
perinde atq; aliarum bonarum rerum ea natura,
ut sine summo labore nemini contingant. Notum
enim illud est: Difficilia esse, quæ pulchra sunt.
Quamquam qui rationem subduxerit, quantulo
negocio, quantum lucri faciat, qui commodorum
magnitudinem ob oculos posuerit, hunc nullæ res
quantumuis duræ, ab harum artium studio deter-
ruerint, quas, nisi cognorîs, ne dici quidem po-
test, quàm infœliciter reliquas disciplinas tracta-
turus sis. Proinde æquis animis audite, quæ me
rationes adduxerint, cur elegantiores literatu-
ram rebus humanis planè necessariam esse iudi-
cem. Primum, nemo tam uecors est, qui non uide-

Propositio.

Argumentum
à definitione.

at nobis certa quadam loquendi ratione opus
 se, qua dilucidè explicemus animorum nostrorum
 sensa, quacunq; de re uel publicè, uel priuatim
 gendum est. Fortasse ridiculum fuerit hìc dispo
 tare, quàm necessarius homini sermo sit. Nam quò
 literas contemnunt, neutiquam uideri uolunt ho
 mini sermonem adimere, sed orationis cultum de
 spernantur. Proinde quantum referat, certam lo
 quendi rationem teneri, paucis indicabimus. Nā
 qui recte rem aestimare uolet, is intelliget, nos
 ta multum interesse, mutus sis planè, an artem
 dicendum non adhibeas. Neq; enim fieri potest,
 ut quæ sentis, sic exponas, ut intelligi queant, nisi
 arte loquendi facultatem et pares et confirmes.
 Vsu enim compererunt prudentes uiri, nihil
 difficilius, quàm dilucidè ac perspicuè de re qua
 piā dicere. Primum enim, nisi uim pondasq; uer
 borum dicendo tueare orationem tuam, qui ad
 quetur auditor? Nā cum usu, uelut numi, uocabu
 la probentur, receptis utendum est, quæ, quia eis
 quentes homines, quasi per manus posteris tradi
 dere, obscuritate uacāt. Superiore seculo cum
 sibi quisq; uerba cuderet, & peregrina Latine
 miscerentur, eiusmodi constata est oratio, quæ
 illius quidem ætatis hominibus intelligi potuit.
 Tantum abest, ut posteritas adsequatur. Quis

Vocabula usu
 ut nummi pro
 bantur.

nim Scotum, aut huius farinae alium scriptorem ^{Scotus,}
 hoc tempore intelligat? Deinde uix exercita-
 tissimi praestiterint, nec ubi structuram orationis
 ac phrasin uiolent: quæ si uitiata fuerit, necesse
 est orationem obscuriorem reddi. At hic quàm
 multa effrunt improprie etiam eruditi? Quoti-
 es absurdis, ac ineptis metaphoris sermonem ob-
 scurant? Quis enim Apuleium, & huius simias ^{Apuleius,}
 serat? Sed rectè Apuleius, qui cum asinum repræ-
 sentaret, rudere quàm loqui maluit. Postremò,
 ut uerba phrasimq; satis noris, difficilimum ta-
 men est, suo quæq; loco distribuere, alia deprime-
 re, alia attollere, quædam breuiter adstringere,
 aliàs euagari liberius, quædam dissimulare ac te-
 gere, alia promere, ut tanquam inter umbras lu-
 mina extent ac emineant.

Est enim eloquentia omnino amplius quid-
 dam, quàm tumultuaria uerborum congeries. ^{Eloquentia,}
 Verùm uideo errore labi iuuentutem, quæ cum
 nesciat Eloquentiæ cum uim tum naturam, non
 arbitratur precium aliquod operæ fore, cure-
 am sibi maiore studio contentioneq; paret, &
 laudari à nobis professorculis putat uulgari mo-
 re, quemadmodum sua unguenta solent Phar-
 macopole: nec optimorum prudentissimorumq;
 hominum Auctoritate commouetur, qui ad
 illius

illius studium una uoce adulescentes, & communi classico inuitant. Miseram hominum conditionem, quando, ut quæq; res optima est, ita longissime à conspectu nostro recessit, minimeq; agnoscitur. Nec dubitarim ego, quin si oculis cerni posset eloquentiæ dignitas, mirabiles, ut ille dicitur, amores sui excitaret. Sed cum casu iuuentus, non ratione uiuat, temerario quodam impetu ad celebrabitur, quæ uulgo maximè celebrantur. Quæ si quis est non imprudens rerum estimator, non pro se expendat, primum nihil esse, cuius usus latius pateat, quàm sermonis commoda. Omnis hominum societas, ratio uitæ instituentis publicæ ac priuatim, conquirendorumq; omnium, quibus uitam tuemur, deniq; commercia omnia sermone continentur. Deinde persuadeat sibi, neminem adpositè, ac dilucidè de ulla re dicturum esse, nisi qui arte quadam, imitationeq; optimorum & magna cura orationem ea lingua, qua publicè utimur, formarit. Quod ubi animaduertit, haud dubiè nihil prius, nihil antiquius habebit discendis loquendi artibus. Siue enim consiliis alij iuuandi sunt, siue docendi, siue tuendum est dogma aliquod, siue de iure, æquo ac bono differendum est, nihilo plus efficias, quàm in scenis mutæ personæ solent, nisi arte elaboratam orationem attuleris.

attuleris, quæ res obscuras tanquam in lumine collocet. Non ignoro esse, qui elegantiam à recte loquendi ratione separant, nec referre putant, modo rem indicent, qualicumq; oratione utantur. Quod si rem propius inspexissent, neutiquam ad sciitium, & superuacaneum ab eloquentiæ professoribus fucum requiri iudicarent. Ipsa orationis puritas, natiuaq; facies elegantia est, quam nisi tuere, non modò non uenuste aut inquinatè, sed improprie, obscure, ac ineptè dixeris: Et quæ admodum in fingendis corporibus ea demum elegantia est, ubi iusta proportione membra omnia inter se consentiunt, si quid secus facias, monstrum erit, ita cum germanam orationis speciem noua compositione deformaueris, monstruosam planè, ac ineptam facies. **Picus** in Epistola, qua barbaris Philosophiæ scriptoribus patrocinatur, ludens, credo in ἀδύνατον argumento, et elegantiam à rectè dicendi ratione separat, & explicari res qualicumq; oratione posse censet. Huic equidem nihil succenseo, qui barbariem non magis ex animi sententia tuetur, quàm febrim Faouinus laudabat. Hoc miror, esse quibus tam friuole argutiæ seriò persuaferint, nihil referre, quomodo loquamur. An uerò rectè corpus imitabitur pictor, si nulla ratione penicillum regat, si temerè

Picus.

merè feratur manus, nec ducantur arte lineæ,
 eum modum nec animi tui sententiam alijs
 culos posueris, ni proprijs & illustribus uer-
 apta uocum compositione, iusto sententiarum
 dine utāre. Nam perinde atq; corpora coloribus
 animi sententiam oratione representamus. Quo-
 re necesse est dicendo certam aliquam imaginem
 arte concipi, quæ discernat inter se tanquam
 tus sententiarum. Flagitium est, si quis uia ius-
 ro deuiam semitam monstrat. At qui rectè dicitur
 di cura uacant, quoties lectorem a uia abducit
 quoties unius uerbi abusu ludificantur? Non
 mel imposuere in Philosophia in sacris literis
 Solæcismi nostris interpretibus. Quis enim
 um Pauli sententiam in Corinthijs adsecutus
 ubi Grilli isti elegantiae contemptores, uertunt
 Ex multis facierum personis, &c. Quæ Angli-
 num tempestas aufert, quò minus propositum
 neat, in enarrando eo quod est apud Ioannem
 τὴν ἀρχὴν ὁ θεὸς λαλῶν ἡμῖν. Hoc genus extat
 innumera passim, ubi mediocriter etiam eruditio
 barbarismi sefellerunt. Adeò non quouis or-
 tionis genere Lectori satis feceris, sed cura, su-
 dioq; paranda facultas est, qua animi tui senten-
 tiam perspicuè aliorum oculis subijcere possis
 omniaq; commodè, quæ res poscit, eloqui; il-

Solæcismi inter-
 pretū scripturæ

enim eleganter dicere. Quin igitur helleborum propinamus ijs, qui uenustatem orationis fastidiunt, adeo à communi hominum sensu alienis, ut ne quidem, quid loqui sit, intelligant. Peperit elegantiam necessitas, quod et barbara omnia incerta sunt, & quæ oratorijs ornamentis illustrata sunt, clarius percipiuntur. Nam in hunc usum adhiberi schemata Fabius scripsit, neque unquam ueram speciem ab utilitate rectè diuidi sentit. In sacris libris, ut interim prophanos omittam, quid queso desideras Rhetoricorum schematum. At his opinor non usuri erant Prophetae, si nihil ad rem facere iudicassent. Videtis qua ratione uobis eloquentiæ studia commendem, quod nec exponere, quæ uolumus ipsi, nec quæ à maioribus rectè scripta extant, intelligere possimus, nisi certam dicendi normam perdidicerimus. Equidem non uideo, quomodo alijs hominum uice futuri sint, qui nec quæ sentiunt, explicare, nec quod rectè dicitur, adsequi queunt.

Quare ut nulla sit eloquentiæ dignitas, nulla gratia, tamen ea uis est, ut non igni, non aere, ut aiunt, non aqua pluribus in locis utamur.

Quomodo enim consistant res humane, si legum sacrarum & prophanarum Patrocini-um Eloquentia deserat, si nec publicis, nec priuatis

*Sine eloquentia
res humane
non consistunt*

priuatis consilijs oratio quæ intelligi possit, adhibeatur, si res gestæ nullis literis ad posterum transmitti queant? Ecquod uestigium humanitatis in tali Republica reliquum fuerit? Porro hæc quantulum distabat ætas superior? quum serorum librorum sermonem propè nemo iam intelligeret, quotidieq; stultorum Sophistarum arbitrio figerentur, ac refrigerentur sacre leges. Res gestæ illorum temporum æternis obruta tenebris iacent, nemo enim erat, qui eis literarum lumen adhibere posset. Disciplinæ omnes diuinitate genere sic obscuratæ sunt, ut ne Doctores quidem ipsi, quid profiterentur satis compertum haberent. Digladiabantur inter se de figuris serenis Philosophi, tanquam in tenebris Andææ, nec quisquam à domesticis suis planè intelligebatur. Rectè ille Ἀνάχαξιπ παρ Ἀθλωαῖος κίσερ, ἀθλωαῖος δὲ παρὰ σκιδαι. At ipsi diuinitate suæ ἐσόλοιχορ, suamq; singuli dialecton libertate comminiscabantur. Iures eis uoluptatis fuisse, non aliter atq; Heraclito illi, cæteris mortalibus tenebras offundere. Iam cum minimè obscurum sit, quanti nobis eloquentiæ contemptum constiterit, cur barbariem nō abominabimur, quam nocentissimam pestem? cur non magis, quam sensu è scholis exhibemus? cur ipsi nobis

invidemus eloquentiam, qua nihil melius, nihil
 amplius in terris hic sol uidit? Hactenus docui-
 mus, quæ cogat necessitas certam dicendi ratio-
 nem sectari ac tueri, quæ si quem parum mouet,
 ei uerò multò iustius asini auriculas Diij addide-
 rint, quàm Midæ. Accedit huc non contemnen-
 dus studiorum eloquentiæ fructus, quod earum ar-
 tium usu, quibus eloquentia continetur, excitan-
 tur, erudiunturq; ingenia, ut res humanas omnes
 prudècius despiciant, neq; propius umbra corpus
 adsectatur, quam eloquentiam comitatur pruden-
 tia. De rebus humanis adhuc loquor, de sacræ po-
 stræ. Videbant inter se maiores nostri hæc duo: be-
 nedicendi scientiam, et animi iudicium natura co-
 herere: quare & non inepti quidam orationem
 esse dixerunt, explicatam animi rationem. Et Ho-
 merus Poëta iisdem eloquentiam ac prudentiam
 tribuit. Mitto iam alios. Ulyssi, cuius orationem
 hybernis niuibus comparat, utrunq; uno uersiculis
 lo adscribit, cum inquit:

οὐδ' ἐνὶ μύθῳ μορφὴν ἔπέωρον, ἐνὶ δὲ φρέσιν ἔδραϊ.
 Nec tempero mihi, quo minus recenseam & La-
 tine ab erudito quodam expressum:

Mente uales, iuncta est facundis gratia dictis.
 O diuinam sententiam, multoq; digniorem, quæ
 inuenilibus pectoribus sollicitè inseratur, quàm
 ἄ Delphicis

Studiorum elo-
 quentiæ fructus,

Delphica aliquot scita. Quid enim spectabit ad
 optimus senex, quàm sic inter se copulata
 prudentiam ac eloquentiam, ut diuelli nulla
 ne possint. Atq; utnam sibi omnes adolesec
 hunc versiculum propositum putent, quos
 tanquam ad scopum omnia studia sua, ratione
 dirigant, sentiantq; sibi omnem operam, curam,
 industriam, cogitationem, mentem deniq; omni
 in his artibus parandis figendam esse: quare
 Homerus haud dubie ob eam causam mentem
 fecit, quod uideri omnium rerum humanarum
 sunt, & pulcherrimas & maxime utiles uel
 Quid in consilio fuisse censetis ueteribus lati
 cur dicendi artes humanitatem adpellarint? Uel
 cabant illi nimirum harum disciplinarum
 non linguam tantum expoliri, sed & feritate
 barbariemq; ingeniorum corrigi. Nam cultus
 inde ac pleriq; syluestrem indolem exuunt, mo
 fuescunt ingenia, cicuranturq;.

I.
 Lectio.

Duae sunt autem cause, cur rectè dicendi
 animi iudicium acuatur. Prior est, quod qui
 artibus operam dant, ad eiusmodi scriptorum
 exempla se cõparent, necesse est, qui in maximis
 bus gerendis, ac tractandis uersati, summam
 dentiam usu consecuti sunt, quorum commo
 fit, ut nonnihil iudicij contrahant Lectores.

tanquam qui in sole ambulant, colorentur. Solet
 enim iuuenilibus ingenijs exemplar aliquod recte
 dicendi, sentiendiq; proponi, unde & uerborum
 uim, et orationis structurā, et explicandi figurās
 discant. Nam & dicendi rationem, perinde ac ce-
 teras artes imitatio adiuuat. Neq; enim uerisimi-
 le est pingendi arti tantum ab Apelle uenustatis,
 gratiaq; adijci potuisse, nisi fingendorum linea-
 mentorum rationem multò ante ostendissent ij,
 qui primum, *μονοχρόματα*, deinde *κατὰ γρά-
 φα* pinxerunt. Sic & ex optimis scriptoribus
 concipienda est certa quaedam & dicendi & iu-
 dicandi ratio *ἡ ἰδέα*, quam sequaris, quacunq;
 de re differendum fuerit. Proinde qui disertos
 scriptores in manibus habent, secum expendant,
 quid in quouis potissimum mirari, laudare, imita-
 riq; deceat. Primi omnium sunt, ad quos cogno-
 scendos inuitatur iuuentus, Poëtae ac Historici: Poëtae
 quos qui uoluptatis tantum causa, perinde atq;
 in conuiujs Cytharistrias accersunt, nã illi sum-
 morum hominum estimationem grauius ledunt.
 Nam & prodesse illi uoluere, & bonas mentes
 optima potissimum delectant. Est ita ab illis &
 dicendi forma petenda, & obseruandum quid de
 communibus rebus uerè iudicauerint. Sape ride-
 re soleo Græcorum Grammaticorum uulgus,
 d ij qui

Quid in Homero
obseruandū

qui ad Physiologiam totum Homeri carmen
runt, mireq; sibi placent, cum noua metamor-
si belli nugatores ex Ioue æthera, ex Iunone
rem faciunt, quæ ne per sebrim quidem, unquam
somniauerat Homerus. Quanto satius
ea ostendi, quæ ille lectoribus proprie admiratio-
ni esse uoluit? proprietatem ac lucem in expli-
do, carminis ὁμοιομίαν, cum uaria consilia, u-
rios casus miro ordine recenset, cum aptas occa-
siones nouis euentibus accommodat, quanta de-
seruandi cura, quanta sit item uerborum ac figu-
rarum copia, uarietasq; ijs locis, in quibus de-
ri lectorē uolebat. Vides quàm minimè frigida
aut ieiuna seditionis descriptio, in secūdo Iliade.
Nam et motus eius occasionem, et ipsum uulgi-
rorem, & seditiosas quorundam conciones, et
multitudini frigidam, quod aiunt, suffundebant.
Thersitæ mores, morumq; argumentum, format
duas item grauissimas eorum orationes, qui
tudinis animos sedabant, in quibus uehementior
est Vlyssæa, lenior Nestorea. Bone Deus, quæ
perspicuè, quàm grauitè tractat: nec rectè
di archetypum facile usquam reperias hoc
absolutiorem, cuius elegantiam uirtutesq; can-
is demum propius cernet, qui imitari & experiri
re stylo conabitur. Caue enim putes Homeri

Seditionis de-
scriptio.

temerè à M. Cicerone planè Oratorem uocari,
 aut inconsultè scripsisse Fabium, excellere hunc
 Poëtam Oratorijs omnibus uirtutibus. Iam quæ
 scena res humanas uerius representauit, quàm
 Homeri carmen, ut fieri nequeat, quin obiter &
 rerum admiratione tangamur, quum dictionem
 consideramus. Offerunt sese ultro spectanda mo-
 rum exempla. Principum uulgiq; affectus, uaria
 rerum gestarum consilia: quibus nisi erudiri ani-
 mos Arcefilaus sensisset, nunquam amasium suum
 Homerum uocasset. Mihi quidem omnium quæ
 hominum ingenia perperere, nullum prudentius
 Homericò scriptum extare uidetur. Nec dubita-
 rim adfirmare, quod Horatius censuit, Home-
 rû, quid rectum, quid utile sit, melius Chrysippo
 & Crantore docere. Quæso qui potuit Regum
 temeritas festiuus notari, quàm cum fingit so-
 nio commotum Agamemnonem, uniuersum e-
 xercitum Græcum in discrimen adducere? Con-
 stat enim quàm ob friuolas causas nonnunquam
 omnia misceant Principes. Quid in Achyllis cly-
 peo? nonne rerum elementa, et clarissima sydera,
 præterea horum positus etiam ac meatus graphi-
 cè descripsit, unde postea & Philosophi dimeti-
 endi cœli rationem accepere? Nam et eodem loco
 circumagi Arcton inquit, nec unquam occidere,

Optimus Ora-
 tor Homerus.

Temeritas
 Principum.

Achyllis clype-
 us in quo syde-
 rum nomenda-
 tura.



Pax.
Bellum.

Et è regione illi oppositum esse Orions: quod
 tentia bonam Astronomiæ partem complexit.
 Quid, quod ibidem et pacis commoda et belli
 ruminas inter se confert, cum duas urbes, altera
 pace florentem, alteram bello uastatam depingit.
 quo magis inuisum, opinor, bellum remperitio
 sissimam, optimo cuique faceret. In pacata
 nuptijs locus est, exercentur iudicia, aguntur
 se, admirationi sunt Oratores. In altera iugulatur
 liberi, silent leges, mutum est forum, potius
 miseranda est omnium ciuiliu rerum uisio.
 Quid cedo potuit hoc commento excogitari
 detius? Neque enim plures Homeri locos hinc
 gere uisum est. Tantum hos indicauit, ut
 adolescentibus fidem facerem, bonorum scrip
 rum cognitione non os tantum ac lingua sed
 ctus etiam formari. Id opinor in consilio quod
 Græcis fuit, cur Homerum familiaris, notam
 suis hominibus uoluerint. Solon enim et
 tus lege constituerunt, ut illius carmen ordi
 neretur. Nam aureo illo seculo adhuc suam
 tium Principes esse sentiebant, prestare, ne
 utile scriptum intercideret. Nunc regiam
 est nisi idem sit ἄμωσος. Mox institutum est,
 Rhapsodis seu Homeristis, publice in theatris
 cantaretur Homericum poema, ut diuino car
 ne inuenerit

ne iuuenum aures adſiduò perſonarent, eſſetq; ſemper in promptu recte dicendi, iudicandiq; regula. Feliciſſimè cum Homero certauit ex Latinis Vergilius, planeq; par, niſi fallor, utriq; laus, ſiue dictionem ſpectes, ſiue ſententiarum grauitatem, debetur. Quid Tragicæ, quàm multis exemplis Tyrannorum mores & fata propoſuere? Quid comœdia, niſi priuata uitæ ſpeculum? In uniuerſum quid præſtare ſtudioſis poëtica poſſit, indicauit Fabius. Ego figurarum copiam præcipue noſtræ orationi ſuppeditare uideo, uarietateq; rerum animos tum erudire, tum delectare.

Historia iudicium formari, dicendiq; facultatem augeri Demosthenes cenſuit, cum Thucydidem adeo familiarem ſibi fecit, ut octies etiam deſcripſerit. Amauit & Xenophontem Cicero. Et cum uniuerſa historia πολιτεία quædam ſit, uariis conſtituendarum rerum publicarum formas adumbrat. Nam ut hic nihil aliud dicam, quid admirabilius eſt τῶν πολιτειῶν collatione apud Herodotum, ubi Perſarum Satrapæ alij δυναρχίαι, alij ὀλιγαρχίαι, alij μοναρχίαι probant? Quo loco uides grauiſſimum ſcriptorem morbos omnes, uitiaq; ciuitatum, uelut in tabula depinxiffe. Verum nemo tam imprudens eſt, qui non hoc conſilio animaduertit conſcri-

d iiij ptas

ptas esse historias, ut omnium humanorum
 ciorum exempla tanquam in illustri posita
 cernerentur. Quæ si nihil ad erudiendos exci-
 dosq; mortalium animos conducunt, quid fuit
 Scipio senserit se clarorum uirorum imaginem
 tuentem, ad uirtutem accendi? Oratores
 Respublicas administrarint, & in iudicijs
 ti, de iure, æquo ac bono tam multa differunt,
 consentaneum est, pleraq; utiliter monere. Quid
 enim Philosophiæ moralis locus est, quem non
 tegerint Demosthenes ac Cicero? Optimam
 Arctap, nemo Philosophorum sic ἐξωραϊσθησάντων
 ac illi in actionibus suis, cum in improbos ac
 ditiosos ciues, tanquam ferrum, stylum scri-
 gunt, cum aduersus hostilem uim Respublicas
 filio muniunt. Quid de pace popularius
 usq; excogitari potuit, quam quod in ea oratio-
 ne, qua legem agrariam dissuadet, Cicero dixit
 Quid ciuilius ea legum prædicatione, quam
 Demosthenica oratione κατὰ ἀγρονομίας
 risconsulti in suos commentarios transferret
 Sed quorsum attinet hic prolixius scriptorum
 ἐγκώμιον texere? Quin ipsi periculū facite, quod
 ex classicis quisq; præste, quanta perspicuitate
 gratiaq; omnia explicet, quam prudenter omnia
 colligat, quæ ad institutum pertinet. Nisi enim
 horum

horum imitationem te componas, prorsus desperanda est recte dicendi iudicandiq; facultas. Superest, ut indicemus & alteram causam, cur eloquentie studijs iudicium acui statuerimus. Id uero fit, quod bene dicendi cura per sese uegetiorem animum reddit, ut quid in quaq; re maximè conueniat, aut profit, rectius perspiciat. Nam ut corporum robur exercitio confirmari uidemus, ita fieri nequit, quin hebescant eorum animi, qui nullo ingenioso labore excitantur. Nemini dubium est, quin multum conducat bonorum scriptorum lectio: Verum nisi ad illam scribendi dicendiq; consuetudo accesserit, neq; perspicere satis acutè poteris illorum sententias ac uirtutes, neq; animo certam iudicandi commentandiq; regulam concipere. Propterea ad comparandam, tum loquendi, tum iudicandi facultatem, nihil perinde necessarium est, atq; styli exercitium. Quid enim aliud uolebat Afranius, cum fingeret usu patre sapientiam prognatam esse, quam assiduo dicendi commentandiq; studio animum expergesceri ac erudiri: Reliquit in eam sententiam, dignam memoriam posteritatis uocem Anaxagoras τὴν ἄνοιαν φησὶ κατὰ τὸν ἔθρον, quod uidebat artes omnes usu comparari, ocioq; ingenia serè sterilesce. Nam ut mechanicas artes experiundo discimus, neq; quisquam

2.
Sylus.

Afranius.

Anaxagoras.

d v quisquam

quisquam tam demens est, qui se mox Apella
fore confidat, ubi penicillum primum in manum
acceperit, ita multo usu assuefacienda mens est,
ut sese acrius in omnia intendat. Itaque tantum

Cicero.

lo tribuit Marcus Cicero, ut optimum & pre-
stantissimum dicendi effectorem ac magistrum
se scripserit, solitusque sit per ocium, alias e Gre-
cis Latina facere, alias noua cudere, alias delecta
mare, qua industria & ingenij uim, ac uigorem
tuebatur, & locupletabat facundiam. Sic enim
de se ipse in Bruto, ne quid temere comminisceretur
dear: Nos autem non desistebamus, cum omnino
nere exercitationis, tum maxime seruo, nostrum

Demosthenes.

illud quod erat, augere quantumcumque erat. De-
mosthenes aliquandiu meditanda orationis cau-
sa, se in specum quendam abdidit, feruntque peri-
nacissime fraudato genio lucubrare solitum. Et
que Plutarchus auctor, lucernis noctu usum
adfiduis, donec quinquagesimum annum attingeret.
Didicerunt enim usu prudentissimi homines,
quam non uulgaris artificis sit, dilucide apteque
cere. At ex nostris iuuenibus quotusquisque

Studiosi inepti

perpetuo decennio unum aliquem uersiculum
bere instituit? Plerique cōpendiariam uiam ad
sequendam eruditionem esse censent, si quam
rima audierint, aut legerint. Itaque alij totos dies
seruare

sursum ac deorsum currunt, scholas omnes perreptant, præceptores passim audiunt, miranturque non intellectos, dictata excipiunt, uncialibus literis elenchos commentariorum notant, minio illustant. In precio sunt interpretes, qui quam plurima dictando tempus extrahunt, nec quisquam semisse præceptorem emerit, qui ab hac consuetudine, uel transversum unguem discesserit. Rursum alij domo nusquam pedem proferunt, librisque se tanquam pristino cuidam addicunt, chartas uoluunt ac reuoluunt, beatos se putant, ubi quotidie magnum numerum chartarum percurrerint. An non utriusque miseri uidentur, cum tanto labore, tantaque ualeitudinis iactura desipere tantum discant. Primum enim nisi stylo excitetur animus, per sese hebescit; deinde cum immodice, uel auscultatione, uel lectione obruunt, ingeniorum aciem, si qua contigit, obtundunt. Iam et iudicij inopia fit, ut fere pessima quæque cupidissime audiant, ac legant, nec non multa peruagentur. Quos si quis ceu domum reuocatos interroget, quid hac discendi ratione sequantur, quis finis, quæ meta animo proposita sit, intelliget non aliter ac Mente captos, quid agant nescire. Nec enim uel sententias, uel sermonem scriptorum obseruant, cum imitandi cura uacent.

Tan=

Tantum oculis auribusq; negocium faciunt, nos interim Epimenideum quendam somnum mittit: & cum nullum certum exemplar exprime re studeant, fit, ut et dicendi & iudicandi ratio praueatur. Gratulatur sibi Demosthenes apud Athenienses dicturus, quod ipsi per sese, quae optima sint cernant. At nos styli exercitium praedicamus his, qui nunquam periculum rei fecerunt, nec commodorum, quae secum haec exercitatio adfert, uim amplitudinemq; uel per transfennam uiderunt, quo magis metuo, ne parum fidei habuerit oratio nostra, cum stylo tantum tribuimus. Verum si quis est non plane iniquus Musis, is optime se expendat, quae ueteribus docendi, discendiq; ratio fuerit, quae disciplinae omnes non tantum illustratae, sed etiam auctae sunt. Pauci in ludis litterarum auctores, sed hi optimi proponebantur, quos imitaretur iuuentus. Et quemadmodum de re rustica praecipuum est, ne maior fundus sit, quam qui coli probe possit, ait enim Vergilius: *Latetito ingentia rura, Exiguum colito.* Sic illi cum uiderent, nec perdisci, nec exprimi posse, multo feliciter, turbaq; scriptorum confundi potius, quam erudiri iuuenilia ingenia, pauciores adhibebant, quos sibi studiosi quam familiarissimos haberent. Declamabatur item ad siduo, scribebatur

Veterum docendi discendiq; ratio.

alij uersus, alij solutam orationem. Et quia inter se bene dicendi studio certabant, cura, sollicitudoque iudicium acuebat. Quo instituto, cum nullum in eundem erat spectaculum, tum nihil prius aut publice utilius fieri potuit. Nam ex huiusmodi ludis prodiere clarissimi superioribus seculis homines, Graeci ac Latini, plerique etiam Christiani: quos si imitari studerent nostri, bone Deus quanto res humanae magis florerent, & sacrae litterae feliciter tractarentur. Porro cum ueteres tantum operae in exercendo stylo posuerint, cum nec eruditio, nec eloquentia mediocri citra hoc studium parari queat, cum intelligi non possint, quae ab alijs prudenter scripta sunt, nisi ipsi styli usu ingenia excitemus. Sinite quaeeso à uobis impetrari, ut stylo nonnunquam uestras uires experiamini. Rem postulo non perinde difficilem, atque salutarem, neque enim aliunde studijs uestris amplior accessio fiet. Cudes autem & uersiculos, & solutā orationem: uideo enim putidiuscule dicere quotquot poëticen non attigerunt, planeque humi reperi, nec uerborū pondus, aut ullam figurarum uim tenere. Iam cum asperas confragosasque compositiones multò sit facilimum in uersibus deprehendere, sit, ut qui carmen condunt, de soluta orationis numeris rectius iudicent. Et haud scio

Poëtica,

scio an de literis omnibus actum sit, ubi poëtice
 fastidiri cœperit. Fit enim ut ornatus splendor
 uerborum nullo in precio sit, minore cura scri-
 batur, oscitantius legantur omnia, rerum inque
 endarum studium frigeat. Quare & Romæ
 temporibus poëtice contemptum incredibile in-
 scitia rerum omnium, infantiaq; secuta est. Et
 per adeo cum nostri homines uersiculos scribere
 cœpissent, cum literis melioribus ingratiam rati
 ère. Nec uideo ego conseruari posse, quicquid
 luda est elegantia, quod hoc seculo restoruit, nisi
 exercendo stylo carmen iuuentus meditetur. Scit
 sit et M. Cicero facundiã uersibus scribendis
 eamq; ob causam et sepe scripisse carmen, et Poë-
 tarum per studiosum fuisse constat. Vidit postea
 tas pleraq; eius epigrammata, extantq; hodie
 ci aliquot illustrium Poëtarum ab ipso Latino
 uersibus luculentissimè expositi. Plinius Orator
 editis etiam poëmatibus testatur hoc studio, dicentem
 uim adiuuari. Proinde qui discendo bonas litteras
 bene collocare uolent, ueterum exemplum imitentur,
 styloq; ut Quintilianus ait, fideli et facili
 am parent, et iudicium acuant. Vehementer enim
 falluntur, si quid sine hac exercitatione promittant
 ros se in literis sperant. Mare uitem citius facilius
 quam eruditionem, aut dicendi facultatem consequuntur.

sequatur is, qui tanquam Mandragora sopitus,
 nunquam incalescit, ut ingenium commentando
 expergesciat. Exposui quæ me rationes ad ar- *Epilogus*
 tium dicendi studium inuitent, nempe, quod et cer-
 ta dicendi ratio obseruanda sit, & harum ar-
 tium usu studiosis nonnihil iudicij accedat. Qua
 si quis ad se nihil pertinere sentit, is haud dubiè
 ab omni humanitate longè abest. Contra bo-
 ni, ubi commodorum uim, quæ ad nos à sermone
 redeunt, contemplati fuerint, animaduertent
 quæ, & certa ratione dicendi opus esse, & his ar-
 tibus ingenia cultiora reddi, uelis, ut aiunt, ac
 remis ad hæc studia properabant. Verùm sunt *Confutatio.*
 non parum multi, præsertim hoc tempore, qui
 bonorum cursum morantur, hi ad Theologica- *Theologastri.*
 rum literarum tractationem negant dicendi ar-
 tium scientiam conducere: cœpit quæ hic error,
 seu contagione quadam latè uagatus, plurimos,
 qui ne non ualde Theologicari uideantur, hu-
 maniores disciplinas omnes contemnunt. Ego
 uerò serò illos Theologicari optarim, eaque præ-
 stare, quæ Christianam mentem decent. Nunc
 uideo Theologicum nomen ignauis tantum præ-
 texti, cæterum nihil minus esse, quàm quod profi-
 tentur.

Nam dum piget elegantiam discere, seq̃. diffi-
 cilimis

ilimis scriptoribus euoluendis, exercendo
 b macerare, neq; enim ullarum literarum cogi-
 to sine acri studio contingit, si quando domi-
 tene poti rediēre, conciunculam aliquam legunt,
 nde ubi decerpserint, quæ ad stomachum fa-
 unt, passim in conuiujs, nam ibi potissimum
 unt, declamant: & quia uulgus applaudit, iam
 rō sibi tantum non absolute Theologi uidentur,
 cum de grauisimis rebus obsceni homines, impu-
 ro ore, nulla religione disputent. Et cum ait
 Paulus καπιλεύει λόγου θεού, nemo impudens
 cauponatur uerbum Dei, quàm hi, qui cum mo-
 moribus, nec eruditione bonis se probare possunt,
 uulgi fauorem, impia sacrarum literarum tra-
 ctatione emerentur. Quid multa? uideas eos aspi-
 ri literas nostras, quibus res bonæ honestæque
 mnes, quibus pietas, quibus mores publici,
 quibus Christus ipse fabula est. In quos, si Res-
 constitutam haberemus Rempub. non nos uide-
 ne, sed ui Magistratus animaduerteret. Quam
 nim crucem non merentur hi, qui ut præterita
 hil peccent, exemplo suo iuuentutem à literis
 uocant? Quæ nisi discantur, posteritatem san-
 habituri nibilo saniozem superioribus seculis
 literarum imperitia res omnes humanas ac
 nas labefactasset. Quin igitur sic cogitamus

im cum grauisimè succenseret ecclesiæ Deus, ere-
 ptas esse literas, secuta est & sacrarum inscitia.
 Nam cum nostris uerbis loqui Deus uoluerit, de
 sermone diuino ineptè iudicauerint imperiti ar-
 tium dicendi. Porro quæ illis temporibus cæcitas
 mentes hominum tenebat? Christum quotusquisq;
 norat? Imò chartæ iam obsoleuerant, quibus con-
 tinebantur sacra. Articulus Pharrisiij condebāt,
 quos interim mundus, tanquam diuinas leges ado-
 rabat: Pium nihil erat, nisi quod illi somniassent.
 Et belli homines, cum literas nullas tenerent, un-
 de sapere discerent, fatuam illam sophisticen pepe-
 rerunt, cœperuntq; rixari de commenticijs uer-
 borum compositionibus, ne non rhetoricæ en-
 tur, quid intersit inter hæc, Papam uidi, & uidi
 Papam. Extatq; hodie articulus Pharrisiensis,
 Ego currit, malè latine dici, hereticum esse, quis
 quis dissenserit. Satin' uidentur ultæ contumeliã
 literæ neglectæ? Quis enim credat cerebrum suis
 setalium nugarum authoribus? Hæc uerò calami-
 tas magna ex parte literarum inscitie impu-
 tanda est, non enim patebant sacra, tanquam in-
 terclusa uirgultis ac frondibus, unde mentis recte
 erudiende ratio peteretur, negligebantur et diser-
 ti scriptores, qui monerent humana. Quanto to-
 lerabilius fuerat, pestilitate aut annonæ caritate

Literarum im-
 peritia iræ Dei
 exemplum.

Articuli Pharrisiensis,

23 plecti Ecclesiam, quàm tanta amentia? Placet
 23 hi persuadeo, certum esse diuine iræ exemplum
 quando mundo literæ eripiuntur. Nam reli-
 gionis pœnis pij quoq; non rarò mulctantur. At literarum
 inscitiam publica comitatur impietas. No-
 per uerò cum respicere afflictos iterum capiti-
 optimus Pater, essetq; redditurus nobis Euan-
 gelium, pro sua liberalitate & literas restituit,
 bus Euangelij tractatio adiuuaretur. Nec magis
 nouum uideri debet donum linguarum Apostoli
 collatum, quàm quod hæ à tanto squalore re-
 pte, ex tenebris plusquàm tartareis in lucem
 uocate sunt. Nec in obscuro est, bonis quibus
 uiris auxilio fuisse literarum scientiam, in Theo-
 logia restituenda. Primum itaq; ingratitude
 rit, coeleste donum adspernari, deinde cum benedi-
 cio literarum restituta sint sacra, impij similes,
 nullam harum rationem habeamus, sine quibus
 stare res Theologica non potest. Et ut paucis ex-
 ponam, quid iudicem ad sacrarum literarum res-
 titutionem conferre linguarum scientiam, nõ
 in eo errore, ut humani ingenij industria sacrarum
 netrari statuam. Sunt in sacris, quæ nisi mōstru-
 te Deo nemo unquã cernat: nec innotescit nisi
 Christus, nisi doceat Spiritus sanctus. Sic enim
 Christus ipse inquit, à spiritu se dōs ad dōm.

rum præter prophetiam, uis uerborum cognoscē
 da est, in quibus tanquam in sacrario quodam, di-
 uina mysteria recondita sunt. Quid enim si non
 intellecta uerba magico more pronuncies? nōne
 surdo fabulam? At de sermone iudicare nemo re-
 fte poterit, nisi qui rectè dicendi rationem perdi-
 dicit. Quid enim magis procliue est, quàm uer-
 bo aliquo aut schemate falli? Nuper quidam ex
 Magistris nostris, cū enarraret ea quæ de Mel-
 chisedec in Genesi prodita sunt: Rex Salem panē
 ac uinum obtulit: non animaduertens, Salem loci
 nomen esse, multa de condimenti ui ac natura dis-
 seruit. Imposuit enim bono uiro uocum affinitas.
 Nā oscitantius omnia legūt, qui ingenii dicendi
 aribus nō exercuere. Deceperunt & eruditos si-
 gare, adeo nulla exercitatio dicendi ac scribendi
 satis cautos facit. Interrogabat me pridē doctus
 quispian homo, ecquid sibi uellet Paulus cū in-
 quit in Epistola ad Timotheum: Saluatur mulier
 per filiorum generationem, si in fide permanse-
 rint (nam Græci plurali numero uerbum extulē-
 re) Ego cū non haberem quod aptè responde-
 ri uideretur, commentarios consulō. Ecce uobis
 Chrysostomum quàm bellè nugatur cum uerbum
 quod ad sobolem refert. Quod quàm non
 conueniat sententiæ Paulinæ, facile est iudicare.

Salem.

σὺν δεσῷ
Pauli.

Nec uidet senex ille Synthefin esse Grammaticam, cum uniuersum sexum plurali uerbo complectitur. Similia horum exempla non raritas dabit quotidianus scriptorum usus. Postquam aliam ob causam Sophista sacris libris legatis, nouum Theologiae genus reperere, quod illorum sermonem, & differendi rationem non adsequebantur. Quorum exemplum, si quod à barbarie non deterret, is fustuario, non oratione castigandus est: nam si perrexerit inuenientibus literas contemnere, haud dubie futurum optimis neglectis, ut rursus sacrae bonaeque omnes pessum eant. Fallitur enim quisquis tantum, non etiam mente barbaros fuisse Theogastros istos censet. Nam si quando Ecclesiae dogma tuendum fuerit, quid quaeso praestabit qui quid sentiat, explicare non potest? An sane aliquam ac Stoicam orationem adseret, qua de uerborum interpunctione rixetur? hoc auditor cum expectarit perspicuam sacramentis tractationem, perinde ac hians coruiscendet, diu frustra molestis distinctionibus fatigatus. Itaque quos pietatis tenet studium, ij uel in officij, uel publicae necessitati Ecclesiae hoc praestent officij, ut recte loqui discant. Vocat huc etiam Paulus, cum in Corinthijs linguarum

probat, cuius autoritas meritò apud uos ualere ^{Peroratio}
 lebet, quibus in ore tam multus est. Iudicauit pau-
 cis quid ad literarum prophanarum ac sacrarum
 traditionem conducat, rectè dicendi scientia.
 Nunc uestrum est cum elegantiore literatura in
 gratiam redire, eamq; cupidè amplecti. Video
 plerosq; intempestiue properare ad grauiores, ut
 uocant, disciplinas, quosdam ad Iura discenda, ad
 Medicinam spes questus rapit, alij ad Theologiam
 contendunt, priusquam robur aliquod fecerint in
 studio artium dicendi. Qui si suo quæq; ordine ad
 gredierentur, bonè Deus, quantò rem fœlicius ge-
 rerent? Nunc malè tentato compendio ipsi sese
 morantur.

Fuit apud nos Morio quispiam, qui in heri cu ^{Moriones.}
 linam ex more ligna ferebat. Is solitus est ex infi-
 ma strue, ea reuellere, quæ moueri sine magno ne-
 gocio non poterant. Interrogatusq; cur id fieret,
 respondit, se difficillimam laboris partem pri-
 mum confecturum, summa illa facilius moueri:
 nec uidit quantum referret, singula ordine tolle-
 re. Huius mihi persimiles uidentur, qui fastiditis
 bis artibus, ad sublimia prouolant. Nam & auge-
 tur discendi labor, & incommodius omnia tra-
 ctantur, cum nondum sint, perpolitum primis rudi-
 mentis, Deum immortalẽ, quàm infœliciter ces-
 e iij sit

sit maioribus nostris hæc præcipitania. Nihil
 genus artium superioribus seculis non sceler
 spurcatum est ab his, qui cum elegantiores literæ
 non attigissent, in optimas quasq; et gravissimas
 disciplinas tanquam in rosas porci irruerunt.
 Theologia stultis & impijs questionibus prop
 obruta est. Qui Philosophiam professi sunt, non
 men quidem artis satis intellexerunt. Deum
 æquo ac bono fieri non potuit, ut quidquam
 comminiscerentur hi, qui elegantioris literaturæ
 rudes erant: quod & ipsum discipline generis
 medijs humanitatis artibus derivatum sit, &
 terum Iurisperitorem literæ plenæ sint præ
 ueræq; eruditionis. Neq; nunc ego sermonis
 eiciem tantam in artium professoribus accu
 sed imprudentiam, à quo se uitio adserere
 possunt, quorum ingenia dicendi artibus non
 exulta. Quare non cesso uos adhortari, ad
 gantia earumq; artium studium, sine quibus
 plina reliquæ non possunt non infelicissimè
 etari, quod à uobis par est, ut uel publica necesse
 tas impetret. Nam ubi disciplinas grauiore
 arit barbaries, periclitari solent & hominum
 res. Est enim multò uerius hoc, comparari
 ex doctrina, quàm quod Plato scripsit, ex
 corum cantibus. Dixi.